
 EPISTOLA XLI.

S Hodie a prælectione Theol. in qua τὸ
 • Domine, serva nos perimus: (a) tuas
 cl. & opt. Compater, accepi. Lætor, Deo
 nobis benedicente, causas secundas nil bo-
 næ spei nobis facere: quia voluptatum instar,
 blandiendo & accedendo majora pericula
 creant, quam terrendo & subducendo. Stat
 enim a partibus nostris is, qui mari & ventis
 imperat; qui in medio inimicorum regnat:
 qui dixit: confidite, ego vici mundum. Ah!
 quid de fera posteritate dicemus, qui de no-
 bis ipsis deque iis qui in conspectu nostro, no-
 his cari obambulant, tam sumus anxii? Pa-
 rentes curis conficiuntur: interea vagiando
 tuus Christ. Gabriel, in quo recentia Dei
 opificis, viscera miserationum Christi ipsos-
 que adeo cœlos expugnat. O felices no-
 stros liberos, qui, quum nondum curis pro-
 videntiam divinam adjuvare conentur, sub
 umbra Dei Omnipotentis securi agunt. Re-
 cte autem & nos habebimus, si id quod pa-
 radoxum initio videtur, nobis persuaseri-
 mus:

(a) deest forte: explanavimus. Digitum videtur
 intendere ad prælectiones suas in Matth. c. VIII.
 quas enarrare cepisse supra fateatur.